



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Infantia. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

8 V I T A

secundi. Ab his noster hic prodijt ANTONIVS MARIA VBALDINVS, quo de scribimus: natus in agro Pifaurenfi; loco, quem hodie Montem Vieinum appellant: Patre Vbalдино, nobili dynasta, & castelli eius toparcha, viro illustri, Mater fuit Fulvia Sergarda, oriunda Senis, lectissima fœmina: cuius gentilis nobilitas cum primoribus Romani nominis, per crebras affinitates, coaluit. Natalis puero dies auspiciatum verni ieiunij principium fuit; cùm annus à millesimo numeraretur sexcentessimus vndecimus.

II. Infantia.

PArtus cetera lætus, hoc vno parentum gaudia minsebat: quod puerum longè prouicturum indicia negabant, ea cor-

po-

VBALDINI. 9

poris erat habitudo, membro-
rūmque paruitas, etiā in in-
fante, admiranda. Inde metus,
ne nisi properarent, inter ma-
nus, prius extingueretur, quā
aquis ablui salutaribus posset.
Profuit, timuisse. Nam eō ma-
turius puer (plurculos alioquin
dies, ex more, differendus) in
Christi nomen fidēque con-
cessit. Post igitur, quā à Fri-
derico Grillo, loci Curione, pri-
uatis in ædibus, Christo fuit ini-
tiatus; in paucis diebus contigit,
vt insperato valescere puer, grā-
descerēq; cæperit, & exilia mem-
bra ad suam quæque magnitu-
dinem, gratulante natura, pro-
perare. Tum ea demum, quæ
prius in sacris legitimis omiſſa
fuerant, ritè publicèque sunt in-
staurata. Sed exercendus iam à

teneris erat VBALDINVS,
vt duris olim fortibusque affue-
sceret. Mos enim, qui apud ma-
tronas nobiles inoleuit, vt pasce-
re liberos, insitiuo lactis alimē-
to, quam suo, pleræque malint,
apud VBALDINI quoque pa-
rentes, præpotuit: & proinde
mater, detrectato nutritionis
munere, infantem aliorum de-
dit. Quod & ipsum tamen suc-
cessu caruit: quando breuii post,
arefacto prorsus extinctoq; fon-
te, puerum etiam nutrix desti-
tuit. Sic ille bis abdicatus, iam
ante à matre, mox iterum à nu-
trice; necesse postremo habuit
ad pecudis alituram transire, &
mensibus aliquam multis, facta
capellæ vbera sollicitare. Hac
lactis alieni annonâ dum pre-
cariò victitat; superueniens for-
tè qua-

VBALDINI. II

tè quadam mater, paruulum
conspicatur: inque vlnas subla-
tum, & fascijs aliquamdiù solu-
tum, circumgestat. Non abusus
ea brachiorum libertate infans,
cæpit voce, quâ licuit, gestire; si-
mul oculos; simul manus quan-
to potuit conatu in cælum su-
stollere; & totus in eo se gaudio
oblectare: Deum disertè appel-
laturus, si fari per ætatem, lin-
guæ vincula permisissent, Ad-
uertit ea res matrem, neque ex
vsu ceterorum infantium fieri
visa, apud multos omen habuit,
vt aliquid futuri expectarent.

III. Pueritia.

Non multis post annis, puero
quàm infanti iam propior,
cæpit ipse, quid animo versaret,
expromere. Nam vt primùm